

essentia unitas, et in majestate adoretur aequalitas. Quam laudant Angeli atque Archangeli, Cherubim quoque ac Seraphim: qui non cessant clamare quotidie una voce dicentes: Sanctus.

Communio

Tóllite hóstias, et introíte in átria eius: adoráte Dóminum in aula sancta eius. (Ps 95:8-9)

1. **Cantáte Dómino cánticum novum, cantáte Dómino, omnis terra.**

2. **Cantáte Dómino, benedícite nómini ejus, annuntiáte de die in diem salutáre ejus.**

3. **Annuntiáte inter gentes glóriam ejus, in ómnibus pópulis mirábilia ejus.**

4. **Quóniam magnus Dóminus et laudábilis nimis, terríbilis est super omnes deos.**

Postcommunio

Grátias tibi reférimus, Dómine, sacro múnere vegetáti: tuam misericórdiam deprecántes; ut dignos nos eius participatióne perfícias.



vienumas, ir jų lygus didingumas. Jį garbina Angelai ir Arkangelai, Cherubinai ir Serafimai; kasdien nepaliauja garsiai šlovinti, vienu balsu tardami: Šventas.

KOMUNIJA

Neškite atnašas, ženkite į Jo kiemus! Šlovinkite Viešpatį Jo šventajame kieme (Ps 95:8-9)

1. Giedokite Viešpačiui naują giesmę, visa žeme, giedok Viešpačiui!

2. Giedokite Viešpačiui, garbinkite Jo vardą, diena iš dienos skelbkite jo išganymą!

3. Apsakykite tautoms jo garbę, – visoms tautoms jo nuostabius darbus!

4. Juk didis yra Viešpats ir vertas didžios šlovės, – pagarbų šiurpą keliantis labiau už visus dievus.

POSTKOMUNIJA

Sustiprinti Tavo šventomis dovanomis, mes dėkojame Tau, Viešpatie, melddami Tavo gailėstingumo, kad būtume vertai jas priėmę.

Proprium Missæ DOMINICA XVIII POST PENTECOSTEN XVIII SEKMADIENIS PO SEKMINIŲ



Introitus

Da pacem, Dómine, sustinéntibus te, ut prophétæ tui fidéles inveniántur: exáudi preces servi tui et plebis tuæ Israël

Ps. Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus. (Eccli 36:18, Ps 121:1)

Collecta

Dírigat corda nostra, quaesumus, Dómine, tuæ miseratiónis operátio: quia tibi sine te placére non póssumus.

Epístola

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corinthios (1 Cor 1:4-8)

Fratres: Grátias ago Deo meo semper pro vobis in grátia Dei, quæ data est vobis in Christo Iesu: quod in ómnibus dívites facti estis in illo, in omni verbo et in omni sciéntia: sicut testimónium Christi confirmátum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla grátia, exspectántibus revelatiónem Dómini nostri Iesu Christi, qui et confirmábit vos usque in finem sine crímine, in die advéntus Dómini nostri Iesu Christi.

INTROITAS

Viešpatie, suteik ramybę tiems, kurie kantriai Tavęs laukia, ir tegu Tavo pranašai randa tikinčiųjų. Išgirsk savo tarno ir savo Izraelio žmonių maldas. *Ps. Man buvo smagu, kai man pasakė: „Eime į Viešpaties Namus!“.* (Sir 36:18, Ps 121:1)

KOLEKTA

Viešpatie, tegu tavo gailėstingumo darbai veda mūsų širdis, nes be Tavęs, mes negalime Tau patikti.

EPISTOLĖ

Skaitinys iš šv. Apaštalo Pauliaus laiško Korintiečiams (1 Kor 1:4-8)

Broliai, aš nuolat už jus dėkoju Dievui, kad dėl Jėzaus Kristaus Dievas suteikė jums savo malonę. Per jį jūs praturtėjote visa kuo – visokiu žodžiu ir pažinimu – ir Kristaus liudijimas tapo tvirtas. Todėl jums, laukiantiems mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus apsireiškimo, nestinga jokios malonės dovanos. Jis ir stiprins jus iki galo, kad išliktumėte nenusikalte mūsų Viešpaties Jėzaus Kristaus dienai.

Graduale

Lætátus sum in his, quæ dicta sunt mihi: in domum Dómini íbimus.

V. **Fiat pax in virtúte tua: et abundántia in túrribus tuis.** (Ps 121:1; 121:7)

Allélúia

Allélúia, allélúia.

Timébunt gentes nomen tuum, Dómine, et omnes reges terræ glóriam tuam. Allélúia. (Ps 101:16)

Evangelium

Sequéntia sancti Evangélii secundum Matthaeum (Matt 9:1-8)

In illo témpore: Ascéndens Iesus in navículam, transfretávit et venit in civitátem suam. Et ecce, offerébant ei paralytícum iacéntem in lecto. Et videns Iesus fidem illórum, dixit paralytico: **Confíde, fili, remittúntur tibi peccáta tua.** Et ecce, quidam de scribis dixérunt intra se: **Hic blasphemát.** Et cum vidísset Iesus cogitatiónes eórum, dixit: **Ut quid cogitátis mala in córdibus vestris? Quid est facilius dícere: Dimittúntur tibi peccáta tua; an dícere: Surge et ámbula? Ut autem sciátis, quia Fílius hóminis habet potestátem in terra dimitténdi peccáta, tunc ait paralytico: Surge, tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et surréxit et ábiit in domum suam. Vidéntes autem**

GRADUALAS

Man buvo smagu, kai man pasakė: „Eime į Viešpaties Namus!“.

V. Tebūna ramybė tavo sienose ir palaima tavo pastatuose. (Ps 121:1; 121:7)

ALELIUJA

Aleliuja, aleliuja.

Tautos pagarbiai bijo Tavo vardo, Viešpatie, ir visi žemės karaliai – Tavo garbės. Aleliuja. (Ps 101:16)

EVANGELIJA

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys (Mt 9:1-8)

Anuo metu įlipęs į valtį, Jėzus persikėlė per ežerą ir sugrįžo į savo miestą. Ir štai jam atnešė paralyžiuotą žmogų, paguldytą ant neštuvų. Pamatęs jų tikėjimą, Jėzus tarė paralyžiuotajam: „Pasitikėk, sūnau, tavo nuodėmės atleistos!“ Kai kurie Rašto aiškintojai ėmė murmėti: „Tasai piktžodžiauja!“ Skaitydamas jų mintis, Jėzus tarė: „Kam taip piktai mąstote savo širdyje? Kas gi lengviau – ar pasakyti: 'Tavo nuodėmės atleistos', ar liepti: 'Kelkis ir vaikščiok!?' Ir todėl, kad žinotumėte žmogaus Sūnų turint galią žemėje atleisti nuodėmes, – čia jis kreipėsi į paralyžiuotąjį: – Kelkis, pasiimk neštuvus ir eik namo!“ Šis atsistojo ir nuėjo namo. Visa tai pamačiusios,

turbė timuérunt, et glorificavérunt Deum, qui dedit potestátem talem homínibus.

Offertorium

Sanctificávit Móyses altáre Dómino, ófferens super illud holocáusta et ímmolans víctimas: fecit sacrificium vespertinum in odórem suavitátis Dómino Deo, in conspéctu filiórum Israél. (Exodi 24:4; 24:5)

Secreta

Deus, qui nos, per huius sacrificii veneránda commércia, uníus summæ divinitátis partícipes éfficis: præsta, quaesumus; ut, sicut tuam cognóscimus veritátem, sic eam dignis móribus assequámur.

Præfatio de ss. Trinitate

Vere dignum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Qui cum unigenito Filio tuo et Spiritu Sancto unus es Deus, unus es Dominus: non in unius singularitate personæ, sed in unius Trinitate substantiæ. Quod enim de tua gloria, revelante te, credimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spiritu Sancto sine differentia discretionis sentimus. Ut in confessione veræ sempiternæque Deitatis, et in personis proprietas et in

minios išsigando ir šlovino Dievą, suteikusį tokią galią žmonėms.

OFERTORIUMAS

Mozė pašventino altorių Viešpačiui ir aukojo ant jo deginamąsias aukas ir aukojamas aukas. Jis vakare padarė saldaus kvapo auką Viešpačiui Dievui, izraelitų akivaizdoje. (Iš 24:4; 24:5)

SEKRETA

Dieve, per dovanas mums bendraujant su Tavimi šiame sakramente, padarei mus aukščiausiojo dieviškumo dalininkais. Meldžiame, kad pažindami Tavo tiesą, pilnai ją gyventume.

ŠVČ. TREJYBĖS PREFACIJA

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, visur ir visada Tau dėkoti, šventas Viešpatie, visagali Tėve, amžinasis Dieve, kuris su vienatiniu tavo Sūnumi ir Šventąja Dvasia esi vienas Dievas ir vienas Viešpats – nėra tai Asmens vienumas, bet vienos prigimties Trejybė. Juk tai, ką per tavąjį apreiškimą apie tavo garbę tikime, be jokio skirtumo pripažįstame Sūnui ir Šventajai Dvasiai, kad, išpažįstant tikrą ir amžiną Dievystę, būtų šlovinamas ir Asmenų skirtingumas, ir jų prigimties